

depopulare

facerent, viderunt Caesenates [a] more solito vineas et arbores Monticli depopulare [b]. Sed Faventinis visis, animo alacriori et vultu sereno [c], quod lingua neque exprimere posset, ad Faventinos, seu vidissent Angelos Domini, accesserunt festinanter. At cum populus Faventinus audisset illuc Caesenatum ascendere populum, quod dum videre optaverant, ascenderunt et ipsi, et praeter nimiam iubilationem, intimi cordis mutuis vultibus flentes, sese amplexi sunt [d] ubique, ulmos vero Urani, arbores scilicet antiquissimas, in obprobrium illorum incidentes. Praeterea, in domibus burgorum ex parte utraque ignem apposuerunt, ac fere iuxta plebem comburendo ascenderunt hostiliter; post lussus [e] servaverunt illaesum. Faventini vero, apud Mallanum cum Caesenatibus super aqueductum, sive lagoducum, aquam, die iuxta hospitaverunt ibidem, et omnia perpetrarunt hostiliter. Altera vero die, una cum Caesenatibus civitatem Foripompilii transeuntes, Faventini nihil fecerunt hostiliter. Deinde, a parte inferiori villas Liviensium, Ravennates, ac Mainardoras [f], Fornoasclum [g], Carpenellam, plebem Quinti, Grisagum [h], Sanctum Zacchariam [i], Sanctum Cassianum et Herbosolam [j], villam Traversariae, castro vero vacuo remanerent [k], ad ultimum vero fere omnia, quae a fossato [l] manserunt interius, ingenti flamma [m] cremarunt. Verum quia Faventinis et Caesenatibus, pro strata Cerviae conservando [n], eis tristitia imminerebant [o] ex ponte Sancti Gervasii [p], quem Ravennates super aquam Savii iuxta mare mirabiliter et arte factum cum duabus munitionibus [q] seu castellis cum duplicibus foveis magnis atque profundis fecerant; unde Ravennates et Livenses Cerviam (et Caesenam) [r] iter habebant, (et) Ariminensibus versus Ravennam [s], et Forolivium Caesenates viam penitus negare non poterant [t], quapropter Faventini milites, una cum Caesenatum militibus illuc, per pratariam ampliaverunt [u] velociter. At cum Ravennates qui ad dictum pontem electi fuerant, eis visis, tanquam boni filii per antiphrasim [v], honorem suae matris [x] in dextris portantes, castra seu munitiones illas [y] turpiter reliquerunt; quibus habitis [z] flamma vindice [aa], habuere triumphum, et apud Castilionum de Honesto die martis, cum utroque populo pernoctarunt secure. Tertio vero die usque Monticulum una retrogredientes, ibidem sese valefacientes ad propria per eandem viam laureati [bb] cum gloria revertuntur.

[a] viderunt Caesenates, C. A. In C. V., deest, viderunt. — [b] depopulare, C. A.; depopulavere, C. V. — [c] et vultu sereno, C. A.; et ultra sereno, C. V. — [d] intimi cordis mutuis vultibus flentes sese amplexi sunt. In C. A., intimi cordis mutuis vultibus etc.; in C. V., intimi cordis nutibus, vultibus flentes, sese amplexantibus. — [e] post lussus. Sic Codd.; an legendum, post Lusum? — [f] Ravennates ac Mainardoras, Sic C. V. An legendum: Ravennatum, et Mainardorum? Certe C. A. habet: Mainardorum. — [g] Fornoasclum, C. V.; Formasclum, C. A. — [h] Grisagum, C. V.; Girisagum, C. A. — [i] Sanctum Zacchariam, C. A.; tum Zacchariam, C. V. — [j] Herbosolam, C. A.; Herlosolam, C. V. — [k] castro vero vacuo remanerent, C. V. An legendum; castro vero vacuo remanente? — [l] quae a Fossato. Additum quae. — [m] interius ingenti flamma, C. A.; interius ignia flamma, C. V. — [n] pro strata Cerviae conservando. Sic lego. In Codd. V. et A.: prostrata cervice conservando. — [o] tristitia imminerebant, C. V.; justitia imminerebat, C. A. — [p] ex ponte Sancti Gervasii. Sic lego. Codd., et pontem Sancti Gervasii. — [q] cum duabus munitionibus. Sic lego. In C. A., duabus muntionibus. — [r] Cerviam, et Caesenam iter habebant, C. A. In C. V., Cerviam inter habebant. — [s] et Ariminensibus versus Ravennam. Sic legendum puto. Codd. habent: et Ariminenses versus Ravennatem. — [t] non poterant, C. V.; non potuerant, C. A. — [u] per pratariam ampliaverunt, C. V.; per pratariam applicaverunt, C. A. — [v] per antiphrasim, C. A.; qui antiphrasim, C. V. — [x] suae matris, C. A.; sive matris, C. V. — [y] seu munitiones illas. Sic ambo codices. Igitur supra legendum, ut monuimus. — [z] quibus habitis, C. V.; quibus auditis, C. A. — [aa] flamma vindice. Sic lego, ut quam minima mutatione utar. C. V. habet; flamma juridice; C. A.; flammam, vendice. — [bb] laureati, C. V.; laureatae, C. A.

ultra
10

amplexant
as
Lupinus
Facti?

Zaccharia

que fissa
strata cerviae
duabus muntionibus
muntionibus

qui
antiphrasim

In
He La

nutig
obprobrium
= x et domum
Laglanum
Tincta

Herbosolam
manerent ignia
imminerebant
pontem
(et f. f. f. inter
et f. f. f.)
7 in
VT (destrus)
+ iuridice

La muntionibus
duabus muntionibus